

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium Rhetoricum

Norimbergae, 1699

Capvt III. De narratione & propositione

urn:nbn:de:bsz:31-105401

Loci, Temporis &c. 4. Ex abundantia; cum dicimus, rerum, de quibus oratio habenda, magnam nobis fuisse copiam, & ex ea id unum nos elegisse.

Quodnam Exordium est Laude aut Vituperio dignum?

Laudatur Exordium Congruum, & ex intimis Causæ visceribus deductum, Breve item ac Moderatum. Vituperatur Alienum, Vulgare, Longum nimis ac tumidum.

CAPVT III.

De Narratione & Propositione.

Quid est Narratio?

Est rei gestæ, aut perinde ut gestæ, expositio.

[Est enim Narratio alia *Vera*, alia *Ficta* vel *Fabulosa*: illa est rei verè gestæ, hæc quasi gestæ, commemoratio.

Intel-

Intelligitur hic Narratio Continua ; non Inter-
tercisa, sive multis digressionibus inter-
rupta.]

Quot sunt Partes Narrationis?

Tres: Rei gesta Principium, Me-
dium & Finis.

Ad *Principium* referuntur Causa,
Consilia, aliaque Antecedentia.

Medium, sive ipsius Facti expo-
sicio, amplificatur per Circumstan-
tias vulgari illo versiculo contentas:

*Quis? Quid? Vbi? Quibus auxi-
liis? Cur? Quomodo? Quando?*

Etenim in omni fere Narratione
considerandæ sunt Persona, Factum,
Locus, Instrumenta, Causa finalis,
Modus & Tempus. *

Ad *Finem* referuntur Eventus,
Consequentia & Effectus.

[* Not. (1) Non omnes Circumstantias illas
in qualibet Narratione, si res & occasio
non ferat, necessariò afferri debent. (2) Or-
dine etiam incerto illas afferri posse.]

Quot

na; non h
onibus inen

rationis?

ium, Me-

r Causa;
tia.

li expo-
umstan-
nctas:

us auxi-
vando?

arratione

Factum,
a finalis,

Eventus,

stantias illas
s & occasio
bera. (1) De
i post.]

Quot

Quo

Dua
tas; qu
tatem;
nei, ne
est nece

Prop
tius or

Qua
cum ac
in con

Et a;

simple

res div

Part

debet, l

vel qua

[Prop

ne

subr

tur

Cap

Quot sunt Virtutes Narrationis?

Duæ: *Perspicuitas* & *Probabilitas*; quibus nonnulli addunt *Brevitatem*; si nihil adjiciatur supervacanei, nec tamen quid omittatur, quod est necessarium.

Quid est Propositio?

Propositio est, quæ summam totius orationis proponit.

Quæ, si definiat, in quo nobis cum adversario conveniat, & quid in controversia relinquatur, *sejuncta*; si unum aliquod proponat, *simplex*; si verò orationem in partes dividat, *Partitio* appellatur.

Partitio perspicua & brevis esse debet, nec major facile, quam trium vel quatuor partium.

[Propositioni hodie plerumque *Captatio benevolentia*, sive *Petitio* ad audiendum, subnecti solet: quales formulæ reperiuntur in *Medulla Orator. Henr. Arningi Cap. IX. similibusque libellis.*]

CAPVT